



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, 1680**

127. An quis efficiatur irregularis si fugiendo potuit mortem evadere & maluit invasorem occidere? Et quid si aliquis aggressori alapam dedit, aut iniuriosum verbum dixit, aut cum eius uxore inventus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

## RESOL. CXXVII.

*An quis efficiatur irregularis, si fugiendo potuit mortem evadere, & maluit invasorem occidere?*

*Et quid, si aliquis aggressori alapam dedit, aut injuriosum verbum dixit, aut cum ejus uxore inventus est, an in talibus casibus, si aggressus potest fugere, possit licite se defendere occidendo, & non incurrat irregularitatem?*

*Et an Clericus incurrat irregularitatem occidendo invasorem, si non fugiat, cum possit?*

*Idem est dicendum de Religioso, & homine infima notæ.*

*Et quid vero, si in aliquo casu etiam Clerico fuga esset ignominiosa?*

*Et notatur irregularitatem contractam ex homicidio facto in sui defensionem culpabilem non esse mortaliter indispensabilem, sed comprehenditur in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. Ex p. 4. tr. 2. Res. 3.*

§. 1. **A**ffirmative respondet Sylvius in 2. 2. q. 64. <sup>Sup. hoc in rel. seg. & lege etiam alias res. §.</sup> art. 7. quaritur nono, conclus. 1. Vega in espe- jo de curas tom. 2. cap. 12. §. 26. num. 254. Avila p. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 2. concl. 3. Villadiego de irregul. c. 6. & ver. ejus num. 75. Layman sect. 5. tract. 3. part. 3. cap. 9. num. 3. primæ notæ. Reginaldus tom. 2. lib. 30. tract. 2. cap. 9. n. 105. Vgolinus de irregul. cap. 29. §. 1. n. 3. Majolus de irregul. lib. 5. cap. 48. num. 6. Navarrus cap. 27. num. 271. & alii. Ratio est, quia in Clem. si furiosus, de homicidio, excipitur tantum casus in quo aliter non potest se defendere; ergo, &c.

2. Sed et contrariam sententiam tenet, quam tenet Petrus Cornejo in 3. part. D. Thoma tract. 5. de irregul. disp. 4. dub. 1. quæst. 4. Tutrianus de censur. lib. 9. disp. 65. dub. 1. Hurtado de irregul. disp. 2. difficul. 10. n. 36. Coninch de Sacram. disp. 18. dub. 9. num. 90. Villalobos tom. 1. tract. 21. diff. 24. num. 2. Filiucius ubi infra. Suarez tom. 5. disp. 46. sect. 1. num. 6. Præpositus in 3. part. quæst. 5. de irregul. dub. 11. num. 87. Tanne- <sup>Sup. his seqq. in hoc §. in res. seg. §. vide à lin. 4. & vide aliq. §. & ver. ejus not.</sup> rus in 3. part. disp. 6. quæst. 10. dub. 11. num. 210. Dico igitur, cum qui non potuit evitare occisionem invadentis injuste, nisi fugiendo cum dedecore notabili, non esse irregularem, quia tunc non tenetur cum tanto detrimento proprio vitare mortem injuste invadentis, nisi quando invasus dedit causam gravem invasioni, ut quando adulterio, aut verbis contumelia incitavit injuriam ad invasionem. Verum si hæc per accidens consecuta essent, occidentem etiam in hoc casu non incurrere irregularitatem, docet Filiucius ubi infra, num. 135. tunc igitur incurritur irregularitas, quando in tali casu homicidium prævisum est, vel prævideri potuit ab inferente injuriam. Verum Cornejo ubi supra absolute docet, quod si aliquis aggressori alapam dedit, aut injuriosum verbum dixit, aut cum ejus uxore inventus est, in tali casu, si aggressus potest fugere, non potest se licite defendere occidendo, unde libi imputet infamiam fugæ, cum ipse occasionem dederit & ideo cogita an opinio Filiucii sit probabilis, nam contra illum præter Cornejo adest etiam Portel. in dubiis regular. ver. homicidium, num. 32. in fine, ubi citat Suarez de cens. disp. 46. sect. 1. num. 12.

3. Nota tamen quod ex hac doctrina infert <sup>Sup. hoc in rel. præterit. §. 2. & sup. in tr. 2. res. 2. r. §. Sed ego, ver. Secus.</sup> Suarez & DD. citati ubi supra, Clericum incurrere irregularitatem occidendo invasorem, si non fugiat, cum possit, quia Clericis non est ignominiosum fugere, & a fortiori idem dicendum est de Religioso, prope fin. à & Sotum de just. lib. 5. quæst. 2. art. 8. & alii. Idem asserunt de homine infima notæ, qui nullam incurrit

tandi peccati aliquem occidit, utrumque immunem esse irregularitatis existimo cum Avila, disp. 5. sect. 3. dub. 5. Molina disp. 109. tract. 2. m. 7. idcirco enim negat contra Sotum, Navar. & Cajetan. alibi adducendos, opus esse protestatione de curanda morte, ut Clericus excusetur ab irregularitate propter denunciationem proditoris Patriæ, ad quam faciendam lege divina, & naturali obligatur, quia protestatio necessaria non est, nisi in iis casibus, in quibus illa contrahi potest irregularitas; ac qui ostendimus in actione ad quam obligat lex naturalis, aut metus, nullam aut indecentiam aut lenitatis violationem, aliumve defectum reperiri posse: ergo neque irregularitas. Quod autem, qui illam actionem ponit, sit laicus, aut clericus, omnino per accidens est, quandoquidem premuntur eadem obligatione ponendi actionem, de qua disputavimus, ne peccent, & eodem periculi gravissimi metu impelluntur.

2. Difficultas est in casu nostro, an si Clericus possit fugere, ad id teneretur? & ideo quaritur an præter peccatum mortale, irregularitatem incurret? Et ad hunc casum sic respondet doctissimus & mihi dum viveret amicissimus Pater Oviedo tract. de Charitate, contr. 13. punct. 3. n. 39. Quando quis intendit alium vulnerare, aut occidere, aut post unum vulnus inflictum, aliud infligere, licere injuriam prævenire invadentem vulnerando, aut occidendo, dum alia via non superest sine infamia talem injuriam vitandi, commune est apud Doctores. Dixi dum alia non superest via vitandi injuriam sine infamia, nam si absque infamia possit vulnerandus aut occidendus fugere, ad id tenetur. Docent autem Molina, Lessius, Puente, Hurtado & alii, vitum nobilem laicum non teneri fugere invasorem injustum, quia talis fuga illi erit infamis, & contumeliosa. Tenetur autem fugere in hoc casu Religiosus, & Clericus, quia his non est infamis fuga, sed laudabilis. Docent verò Puente, Hurtado, & cum Julio Claro, P. Lessius, Clericum & Religiosum in hoc casu nolentem fugere non peccare contra iustitiam, sed tantum contra Charitatem. Addunt verò irregularitatem contracturos, si in eo casu occidant, aut mutilent invasorem, quod nescio an consequenter dictum sit; videtur enim irregularitas tantum imposita in poenam homicidii, aut mutilationis contra iustitiam, non verò præcisè contra charitatem, ille enim qui posset innocentem à morte eripere absque ullo incommodo, & non faceret, irregularitatem non contraheret, & tamen contra charitatem peccaret propter mortem sequutam. Video in casu quem tractamus, Religiosum, aut Clericum esse causam physicam mortis; in casu autem quo eam ab alio illatam, seu inferendam permetterent, non fore causam physicam, sed tantum moralem, sed hæc differentia materialis tantum videtur, dum eadem formalis malitia ex illa actione physica, & ex pura permissione confurgeret. Pater Vasquez, Navarra, & Bonacina apud Puente, Hurtado to. 1. §. 135. asserunt Clericum, & Religiosum in eo casu contra iustitiam peccare, quod ab illis non probari, ait Hurtado, qui cum Molina tenet non quamlibet mortem illicitè illatam esse contra iustitiam, sed eam tantum qua occidit ille, qui iustam causam non dedit. Huicque Oviedo, Et ideo satis probabiliter quis dicere posset in tali casu, Clericum vel Religiosum nullam incurrere irregularitatem, ut probabiliter alibi diximus de his qui non ex iustitia, sed tantum ex Charitate tenentur aliorum mortem impedire.

Sup. hoc leg. §. 1. in hoc §. 2. not. præterea. & in 2. o. 8. tr. 5. Ref. 3. §. 2. Sup. con. 2. o. in hoc §. 2. in tom. 3. tr. 3. Ref. 42. & in Ref. 46. §. 6. Sed, à lin. 4. & hic inf. n. Ref. seq. & sup. in tr. 2. Ref. 21. §. 2. ed. ego, paulo post init. à ver. Vnde.

infamiam ex fuga. Verum si in aliquo casu etiam Clerico fuga esset ignominiosa, puto cum Felino in cap. *Incipimus*, de homicidio, quod non incurritur irregularitas, & ita notat Filiuc. *ibid.* 1. tract. 20. cap. 9. num. 133.

4. Notandum est tamen hic obiter id quod alibi notavimus, irregularitatem contractam ex homicidio facto in defensionem sui culpabilem, non esse moraliter indispensabilem, (sicut contractam ex directè voluntario, in qua solus Papa dispensat) sed comprehendendi sub decreto Concilii Tridentini *sess.* 24. cap. 6. quia idem Concilium *sess.* 14. cap. 7. de reform. tam homicidium factum in defensionem immoderatam, quam casuale distinguit ab homicidio facto ex industria in ordine ad irregularitatem. Et confirmari potest ex eo quod Iurisperiti docent, homicidium factum in defensionem immoderatam non puniri poena ordinaria. Et ita hanc sententiam tenet Mercerus de Sacrament. in 3. part. D. Thoma quæst. 24. dubitat. 7. propos. 1.

## RESOL. CXXVIII.

*Quidam vir Nobilis occidit Titium cum moderamine tamen inculpata tutelæ, sed poterat fugiendo vitam servare; modo poenitentia ductus vult sacros Ordines suscipere, quæsit à me an propter illud homicidium incurrerit irregularitatem, ita ut egeat dispensatione?*

*Et quid est dicendum, quando præcesserit culpa ex parte ejus, qui fugere cogitur, ut si ille dedit alteri alapam, vel injuriosum verbum dixit, vel cum uxore inventus est, aut pallium tollere est aggressus, &c.* Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 16.

Sup. hoc leg. §. 1. doct. præced. Ref. signanter §. vit. & aliarum Ref. §. 5. & vers. annot. dicti §. vit. signanter sup. tr. 2. ex Ref. 21. §. 2. paulo post init. à ver. Vnde.

**Q**uidam Theologus Societatis Iesu, ut ipse consulens asserbat, partem affirmativam illi consuluit & probabiliter quidem: nam hanc sententiam cum 19. Doctoribus docet Sayrus de cens. lib. 6. cap. 17. n. 16. & novissimè tenet hanc opinionem Avila de cens. part. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 2. Reginald. in praxi, tom. 2. lib. 30. tr. 2. c. 9. n. 105. & Fernand. in exam. Theol. mor. p. 2. cap. 10. §. 14. num. 9. Farin. p. 2. fragment. crim. num. 40. Et ratio est clara. Nam in Clementina, *Si furiosus de homicidio*, excusatur quis ab irregularitate aliquem occidendo, quando aliter vitam suam tueri non potest, sed in nostro casu hic mortem vitare potest fugiendo. Ergo, &c. Adde, quod ita occidens non videtur occidere pro defensione vitæ, sed pro defensione honoris. Ergo, &c.

2. Sed quia consulens erat vir nobilis, & fugiendo magnam infamiam notam incurrisset, existimavi irregularitatem propter tale homicidium minimè incurrisse. Fateor quidem in hac sententia multos habere adversarios, sed illam audacter, & sine metu amplector, quia pro me stat Suarez in 3. p. tom. 5. de cens. disp. 4. §. 1. n. 6. ubi nostram opinionem & docet, & ita asserit. Dicendum est, quod si quis non potest fugere, sine gravi nota & amissione honoris, non teneri ad fugiendum, nec irregularem fieri, si alium occidat, se defendendo. Probat, quia quod vitari non potest sine magna infamia & dedecore, moraliter inevitabile est, & idè merito hic casus sub verbis Clementinæ comprehensus intelligitur. Hæc Suarez. Et post illum docent etiam hanc sententiam novissimè Filiuc. in quæst. mor. tom. 1. tract. 20. cap. 5. n. 134. Bonacina de cens. disp. 7. q. 4. punct. 6. num. 4. & Coninch de Sacram. disp. 18. dub. 9. num. 90.

3. Ex his patet responsio ad argumentum contrariæ sententiæ. Nam dicendum est in casu, de quo loquimur illum qui occidit, moraliter vitam suam alio

facto tueri non posse. Nota verò, quod Suarez suam sententiam limitat; nisi præcesserit culpa, & injuria, ex parte ejus qui fugere cogitur, ut si ille dedit alteri alapam, vel injuriosum verbum dixit, vel cum uxore inventus est, aut pallium tollere est aggressus, & alter eum insurgit, non solum, ut vim repellat, sed etiam ut vindicet & occidat. Nam tunc licet hic excedat, non potest alter iuste se defendere, sed potest fugere, cum ipse dederit occasionem rixæ. Et idè, si fugiendo amittit honorem sibi, & non alteri imputare debet. Sed hæc limitatio Suarez ita absolute prolata, non mihi placet; sed cum Filiucio *ubi supra*, n. 135. tunc veram esse censeo, cum id omne prævisum est, vel prævideri potuit ab inferente injuriam. At quando omnino per accidens ea consecuta essent, non video cur non possit vii jure suo permanendi, & si aliter non possit se tueri, quam occidendo, non est cur deterioris conditionis fieri debeat, quam alii.

## RESOL. CXXIX.

*An sit irregularis, qui occidit invasorem, ne graviter vulneretur?*

*Et an, qui verbis, vel factis injuriando aliquem, dedit occasionem rixæ, si illum occidat cum moderamine inculpata tutelæ, incurrat irregularitatem?* Ex part. 4. tractat. 2. Ref. 6.

**N**egative respondeo cum Hurtado disp. 2. de irregular. diffie. 11. num. 36. Salonio in 2.2. quæst. 64. art. 8. contr. 2. conclus. 1. Sayro de cens. lib. 6. cap. 17. num. 4. quia ita se defendens vitam suam tuetur, cum hoc ad vitæ consistentiam pertineat, & idè Villalobos in summ. tom. 1. tract. 21. diffie. 24. n. 7. sic asserit. [No se incurte irregularidad quando no ay peligro de muerte ni mutilacion, si le ay de grave percuSSION como si le yva à dar de palos, y no lo pudo evitar de otra manera.]

2. Vnde aliqui putant contra Petrum Cornejo in 3. part. D. Thoma tract. 5. de irregular. disp. 4. dub. 1. quæst. 7. & Avilam de cens. part. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 1. qui citat Navarrum, quod occidens invasorem ad se defendendum à gravi deformitate vultus non incurrit irregularitatem, & ita tenet Sayrus *ubi supra*, & magis in terminis Martinus Bonacina de cens. disputat. 7. quæst. 4. punct. 6. num. 8. quia homo tanti facit gravem vultus deformitatem, quanti gravem divitiarum perituram, sed ut dictum est, potest quis ad defendendas suas divitias occidere invasorem. Ergo, &c. Adde quod grave vulnus in facie magnum dedecus & infamiam asserit, & ita hanc sententiam ante Bonacinam docuerat Henriquez lib. 14. cap. 10. num. 3. Notandum est tamen hic obiter contra Navarrum lib. 5. consil. 33. de homicidio, quod qui verbis, vel factis injuriando aliquem, dedit occasionem rixæ, si illum occidat cum moderamine inculpata tutelæ, non incurrit irregularitatem. Ita Mercado de contr. lib. 6. c. 4. & Avila *ubi supra*, quia injuria non dat jus alteri ut quis se vindicet manu propria.

## RESOL. CXXX.

*An qui alterum occidit, cum moderamine inculpata tutelæ ad defensionem non vitæ, sed alicujus membri, sit irregularis?* Ex p. 4. tract. 2. Ref. 22.

**N**egative respondet Navarra de restit. lib. 2. cap. 3. numer. 364. & alii communiter, quia invasus, ut docent DD. si non excedat moderamen inculpata